

Petri et Pauli, Bartholomei, Andree, Iacobo maiori et minori, Marci ewangeliste; martirum: Laurencii, Gangolffi, Sigismundi, Vincencii, Cristoffori, Kiliani, Fortunati, Ciriaci, Quirini, x milibus martirum, Mauricii sociorumque eius martirum, Marci Marcellini martirum, Dionisii Eustachii confessorum, de veste¹⁾ s. Gregorii pape, Ambrosii episcopi,

5 Marci pape, Clementis, Blasii; virginum: de sepulero s. Katherine virginis, Margrethe virginis, dens unus de s. Gerdrude virgine, Agnetis virginis, Agathe, Vrsule, Lucie, Cecilie, Anastasie, Petronille, Felicitatis, Marie Magdalene, Elizabeth lantghravie Thuringie, Hedwigis ducisse et alie, partes v.

In choro, in monte Oliveti, III partes.

10 In cruce ibidem, III partes.

In Veronica III partes et alie reliquie in tabulis pacificalibus, quorum nomina in libro vite sunt scripta per Iesum Christum regem regum.

Summa LX partes.

Summa omnium reliquiarum ccc et LXII due (*sic*) partes vel sic: III et XII partes.

15

454.

Abt Balthasar von Pforta rügt die bei seiner Visitation des Klosters Nimbschen bemerkten Mißbräuche und Verstöße gegen die Ordensregeln, namentlich im Gesange, in der Beobachtung des Schweigens, in der Haltung der Jüngfrauen und in der Handhabung der Clausur, hält der (neuen) Aebtissin ihre Pflichten vor und ermahnt sie besonders zur Strenge in der Aufsicht über die Jüng-

20 *frauen und deren Verkehr.*

Nimbschen, 1509 Apr. 29.

Hdschr.: Or. Pap. Ernestin. Gesamtarchiv Weimar Reg. Oo pag. 104 No. 9. Das S. unter Papierdecke unten aufgedrückt.

Ann.: Vergl. No. 457.

:Ad laudem: dei et pro nostri ordinis sacri institutione | nos frater Baltazar dei
 25 gracia abbas domus Portensis, sacrosancte theologie licenciatus, Cisterciensis ordinis
 Numburgensis diocesis | eunctis huius domus professis notum facimus, quod anno domini
 milesimo quingentesimo nono, die patris nostri sancti Roberti personaliter visitavimus
 dilectam filiam nostram monasterium Nimpschem, alias Thronum beate virginis nominatum,
 in quo non ulla nostri ordinis instituta invenimus militancia et, que antea per nos sub maxima
 30 censura fuerunt posita, minus observata. Quare iterum iustis causis permoti sequencia,
 que per modum scrutinii accepimus non observari in hac domo, volumus inprimis et strictis-
 sime in mandatis damus singulis formam a beato patre nostro Bernharde in cantu insti-
 tutam observare, ut non nimis celeriter sed rotunde, unam sillabam sicut aliam cantando,
 unanimiter et equali voce, non nimis alte neque depresso sed medium in omnibus tenendo^{a)}.
 35 Silencium, quod clavis est religionis et sine quo vana et supervacua dicitur omnis religio,
 diligenter in omnibus locis ab ordine institutis simul tenere studeant scientes se ultra
 inobediencie punctum eciam de singulis verbis ociosis domino deo reddere rationem, sed
 potius suis temporibus per peculiare oraciones cum Cristo virginum sponso loquantur

453. 1) Von anderer (?) Hand mit blässerer Tinte darüber geschrieben: cilicio.

40 454. a) Nullus peregrinus cantus recipiatur von anderer Hand am Rande hinzugefügt.